



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij  
Francisci Lamberti Auenionensis**

**Lambert, François**

**Argentorati, 1525**

**VD16 B 3868**

Pars Qvinta. Quinto, aduersum Syrum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35983**

COMMENTAR. CAPVT I. 17

gerunt. Propriissime autem solæ ex Israële reliquie, cum cæteris altarum gentium electis ad dei Ecclesiam spectat, & his saluos non fieri impossibile est, Philisteorum aut reliquie ac reliquarum gentium reprobi, ad diaboli synagoga pertinente, & hi nullatenus salui fieri possunt.

P A R S Q. V I N T A.

Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor, nō conuertam eum, eo quod concluserunt captiuitatem perfectam in Idumea, & non sunt recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murū Tyri, & deuorabit ædes eius.

Inculcatur paſsim, deum istud dixisse, ut nemo dubitaret ea implendi, quod fieri nunquam possum, ut sermons Dei, qui ueritas est, & mentiri non potest, oportune neutquam impleantur.

Sermo ergo domini est aduersum Tyrum, quod non sit conuertenda, sed deserenda in suis tribus & quatuor, id est, grauissimis, & eisdem multis sceleribus, donc & igne & grauissimo bello absuntur atque uastetur.

Cause due sunt: Prima, quod sicut prædiximus de Philisteis, Israelitas fugientes, ne captivi ad hostes ducentur, ipsis fauentes hostibus rapiebant, & uendebant Idumeis, in seruos & ancillas, aut alioqui eos tradebant

C in manus

FRANC. LAMB. IN AMOS

in manus illorum, scientes, q̄ perpetuo odio ipsos Israēli<sup>as</sup> odirent. Sciebant aut̄, quod à duobus fratrib. descendere rent, proinde eos magis ad concordiam & amorem reuocare debuerant, sed ut maligni erant, magis fouebant ini- micitias inter eos, nec recordabātur fœderis fratrū, quod scilicet inter hos germanos populos esse debuit.

Quidam uolunt, id quod hic ponitur: Et non recordabantur fœderis fratum, de Solomone & Hiram rege Tyri c̄apiendum, quod ad inuicem amicissimi fuerint, & se- dus pariter interint. 3. Reg. 5. Ipse quoq; Hiram, Jolomo nem fratrem uocauit. 3. Reg. 9. Huius, inquiunt, fœderis, eos memores esse oportuit, cu:us dum oblitu fuere, indurati sunt, tandem q̄: euersti. Non ab iacio hanc enarrationem, sed prior magis adridet, & magis congruere uidetur: qd si quis de utroq; fœdere h̄c cap̄ ēda putat, nō abnuimus.

Obserua, quod sicut de Philistæis suprā diximus, & nunc idem adserimus de Tyriss, id quod dicitur, eos cōclu- siſe captiuitatēm perfectam in Idumæa, nō intelligi, quod captiuos fecerint apud Idumæos, fugientes, ne captiuim Assyrios ducerentur. Nam Amos fuit sub Hieroboam, fi- lio Iosas, & eius diebus h̄c prophetauit. Tum autem Israēl nondum erat in Assyrios translatus. Proinde esse non potuit, ut ante hanc Amos prophetiam, Tyriss, aut Philistæi, filios Israēl fugientes, ne cum alijs tranſferrentur in Assyrios, caperent, & traderent Idumeis. De alia ergo Israēlitarum tribulatione capit, nempe quod id de illis facerent, cum illorum aduersarij eos rapere & perdere undequaq;

**COMMENTAR. CAPVT I. 19**

unde quaque uolebant, aut cum ob alia aduersa fugiebant  
ad eos. Propter quod et murum, et aedes Tyri, igne ab-  
sumenda atque uastanda prædictis.

**P A R S S E X T A.**

**H**ec dicit Dominus: Super tribus sceletibus  
Edom, & super quartuor, non conuertam eis  
in eo quod per se cutus sit in gladio fratrem  
suum, & uiolauerit misericordiam eius, &  
tenuerit ultra furorem suum, et indigna-  
tionem suam seruauerit usque in fi-  
nem. Et mittam ignem in Ther-  
mam, & deuorabit  
aedes Bosre.

**H**oc est uerbum Domini, aduersum Edom, siue Idum  
mæam, aut montem Seir, uel semen Iesau, uidelicet  
quod ob perpetuas inimicitias aduersum Israë-  
lem, eos non foret cōuersurus, sed induraturus, donec mit-  
teret ignem in Theman, regiam urbem Edom, et uasta-  
ret Bosræ domos atque palatia, per quas duas urbes, totius  
regni Edom uastatio intelligitur. Siquidem Ezech. 35. et  
in Abdia, ac alijs complurib. locis, ob eandem causam, ne-  
pe ob effrenatum, et eundem quidem perpetuum in filios  
Israël furorem uastandi prædicantur, nimis rum imitati Ies-  
au patris eorum iniquitatem, persecuti sunt in gladio fra-

C a trem